2589 [=5167] Triventi in foro EGO. Frustra quaesivit DRESSEL.

IMP · CAES
P · LICINIO
EGNATIO · GAL
LIENO · AVG
TRIB · POT · III
COS · IIII

Descripsi. Al. Berti apud Mur. ms. 21, 231, ed. 254, 4; Galanti I, 104.

In 5 non variatur. — 6 om. Gal., COS·III... Berti; non puto me errasse, quamquam tr. pot. III requirit consulatum primum, consulatus quartus tr. pot. X (Borghesi apud Furlanett. lap. Patav. p. 521 = opp. 7, 406).

2590 [=5168] Triventi in aedibus Testa.

ESARI
PONT
II

Carolus Maria Arcasenza ms.

2591 [=5170] basis pars infima. Triventi in domo quae dicitur baronis *de' Biagi*.

NIuS · OFILLIVS
MAXIMVS · PROC · AVG
PATRONVS MVNICIPI

Descripsi ego, recognovit Dressel. Romanelli *topogr.* II, 474.

2592 [=5169] litteris pravis. Triventi in eccl. cathedrali pone thronum episcopi.

M · SALONIO
LONGINIO MAR
CELLO C V QVEST sic
CAND LEG PRO
AFR TRIB PLE
LEG PRO PRET sic
PROV · MOESTÆ sic
sic PR · PE · AER · SAT
TERTVENTINA sic
TES · PATRONO PI sic
MO D D

Descripsi ego, recognovit Dressel. Galanti I, 103. Henzen 5172 ex ed. 1.

9 'sic' Dressel; TEREVENTINATES ego. — 11 MOA D D dubitans Dressel.

2593 Triventi in aedibus Ludovici Scarassi.

D · M · S
P · FLORIO · P · FIL · VOL
PRAENESTINO · MIL
LEGION · IN · NORICO
AEL · OBILAB · B · TRIB
VIXIT · ANNIS · XXIII
FLORIVS · PRAESTINVS sic
ET · MAGIA SPENDI*o et sibi*
FILIO · PIISSIM*o*
V *f*

Dressel descripsit.

De Aeliis Obilabis vide vol. III p. 680; adhuc non noramus nisi coloniam Aureliam Antoninianam Obilaba. Ea cum in hoc titulo originem militis non videatur indicare, vide num inde colligi possit partem certe legionis Noricae, id est II Italicae, Obilabis constitisse. Praetorium ea habuit Lauriaci.

2594 pulchris litteris. Triventi in massa Iocca CAR. Frustra quaesivit DRESSEL.

C · FVFIDIO
TR · MIL · PR · AVG

Caraba ann. inst. 1854 p. 22.

2 non intellego quid subsit.

2595 prope Limosani versus Lucitum, *contrada Monte Marcone, masseria Corvinelli.*

..*abulLI*VS · L · F · DEXTER
II *u*IR · QVINQ
*c*VRA*to*R · TEM*pli diui*
AVG*s*TI · FACI*undum*
curauit

Recognovit Dressel. Caraba ms. et ann. inst. 1854 p. 23.

1 LIVS Car., VS Dressel. Supplevi ex titulis Aeserninis n. 2653—2655.

2596 [=5171] in titulo monumenti rotundi. Triventi extra urbis portam GIORD. Ibidem adhuc.

M · DECITIO · L · L · MYRONI · PATRO
L · DECITIO · M *f* · IIII · VIR · FILIO · EIVS
C · FLAVIVS · M *l* ANTEROS · FECIT
ET · SIBI · ET · DECITIAE · DIONYSIAE
MATRI · ET / DECITIO · SYNEROTI
FRATRI /// AA // II /// IS

Descripsi ego, recognovit Dressel. Fabius Giordanus ms.; Al. Berti apud Mur. ms. 21, 231, ed. 696, 4; Galanti I, 104; Caraba ann. inst. 1854 p. 23.

1 L·L Car. et, licet de priore littera dubitans, Dressel, M·F ego, N Berti Gal., om. Giord. — 2 et 3 F in hiatibus videre sibi visus est Caraba, sed nihil ibi vidimus ego et Dressel et reliqui.

2597 [=5173] Canneti in turri campanaria ecclesiae. — Rep. esse ibi, ubi vult fuisse Uscosium, finxit POLLID.

D · M · S
L · LVCRETIO · L · F · VO
LT · SEVERO · II · VIR ·
QVINQ · QVAEST · II ·
GAVELLIAE · P · F · CELERINÆ
L · LVCRETIVS · L · F · VOLT · COR
DVS · IIVIR · QVINQ · FLAMI
NALIS · PATRI · PIENTISSIMO
ET · VCSORI · MÆ. SANTISSIMÆ sic
B · M

columna frondibus coronata | tabella ansata, vascula quattuor diversa | columna frondibus coronata

Recognovit Dressel. Al. Berti apud Mur. ms. 21, 231, ed. 715, 8; Pollidoro f. 444 (inde Romanelli *scov. Frent.* I, 170); Caraba qui vidit *Bull. Nap.* IV p. 69 (cf. ann. inst. 1854 p. 23); Gervasius dedit descriptam a Sanchez.

2598 basis fracta, sub Montefalcone versus Cannetum *contrada S. Croce* in fundo Sanchez.

D M S
*i*VCRETIAE · //MAXSI
RELIA · L · F · CELER
*?sacerdot*IBVS · DIVI IV*li?*

Recognovit Dressel. Caraba ann. inst. 1854 p. 23.

3 aut RELIA aut RETIA Dressel, RELIA Car. — CELERI*na* Car.

2599 Triventi iacet ad ecclesiam S. Crucis inter lapides ad aedificandum adlatos.

L · OFILLIO · L · F · VOL
II · VIR · QVINQ · P*R aefecto*
EQVIT · II SI//IAEC
ITER · EX · D · D
M · OFILLIVS L F VOL FT
REMISSA ///////
//PP///

Dressel descripsit et vv. 3. 5. 6. 7 ectypum dedit.

3 post EQVIT Dresselio apparuerunt haec: II//ÆAEC, mihi in ectypo quae supra dedi. — 5 fin. FT mihi apparuit, ET Dresselio.

2600 rep. nuper inter Triventum et Roccam Vivaram *in contrada Casalotti* in Massa Nicolai Ciafardini qui et Gnagnà; extat ibidem.

D · M · S
C · POMPONI · C · F ·
VITALIS · FLAMINIS
DIVI · VESPASIANI ·
AEDILI · TERVENTI ·
C · POMPONI · C · F ·
MARCELLINI · EQVO
PVBLICO · PATRONI ·
MVNICIPI · TERVENTI · AEDIL ·
C · POMPONIVS · C · F · VITALIS
CVRATOR · VIAE TRAIANAE ·
PATAESINAE · PATRONVS ·
MVNICIPI · ET OMNIBVS HONO
RIBVS IN MVNICIPIO TERVENTI
FVNCTVS FLAMEN · DIVI TRAIANI
IVDEX · CCCC · ROMAE · DECVR · V ·
INFELICISSIMVS PATER · FECIT

Dressel descripsit.

Lectio certa est, etiam v. 12, cuius ectypum habui, nisi quod prima littera et P et F esse potest. — *D(is) M(anibus) s(acrum) C. Pomponi C. f. Vitalis, flaminis divi Vespasiani, aedili* [immo *aedilis*] *Teruenti; C. Pomponi C. f. Marcellini equo publico, patroni municipi Teruenti, aedil(is) C. Pomponius C. f. Vitalis curator viae Traianae Pataesinae, patronus municipi et omnibus honoribus in municipio Teruenti functus, flamen divi Traiani, iudex (quadringenarius) Romae decur(iarum) V, infelicissimus pater fecit.* — Via Traiana Pataesina mihi est via, quam Traianus Dacia in provinciae formam redacta instituit Potaissa Napocam (vol. III n. 1627). Potaissa cum in titulis extra Daciam repertis et apud auctores dicatur *Patavissa* (v. vol. III p. 172 et n. 2086), forma *Patavesa* vel *Pataesa* inde non multum recedit. Equestris ordinis hominem similiter ad curam rei viariae provinciae alicuius ab imperatore vocatum reperies in titulo Tuficensi (Henzen n. 6951: *cur. viar. prov. Afr.*).